Sicut erat. Hymnus.
Memento salutis auctor
quod nostri quondam corpo
ris ex illibata virgine nascen
do formam sumpseris.
Maria mater gracie mater
misericordie tu nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.
℣. Maria virgo. Psalmus.



Ad dominum cum tribu
larer clamavi et exau
divit me.
Domine libera animam meam
a labiis iniquis et a lingua do
losa.
Quid detur tibi aut quid ap
ponatur tibi ad linguam dolosam.
Sagitte potentis acute cum
carbonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habitavi
cum habitantibus cedar multum
incola fuit anima mea.

Cum hiis qui oderunt pacē
eram pacificus cum loquebar il
lis impugnabant me gratis
Gloria patri. Psalmus
Levavi oculos meos in
montes unde veniet au
xilium michi
Auxiliū meū a dño qui fe
cit celum et terram
Non det in commotionē pedē
tuū neqȝ dormitet q̄ custodit te.
Ecce non dormitabit neqȝ
dormiet qui custodit israel
Dominus custodit te dñs



protectio tua super manum dex
teram tuam
Per diem sol non uret te ne
q; luna per noctem
Dominus custodit te ab omī
malo custodiat aīam tuā dn̄s.
Dominus custodiat introitū
tuum et exitū tuū ex hoc nunc
& usq; in seculum
Gloria patri. Psalmus
Letatus sum in hys
que dicta sunt michi
in domum dn̄i ibimus
Stantes erant pedes nostri

70

in atriis tuis ihrusalem.
Iherusalem que edificatur
ut civitas cuius participacio
eius in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus
tribus domini testimonium israel
ad confitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in
iudicio sedes super domum david.
Rogate que ad pacem sunt
iherusalem et habundancia dili
gentibus te.
Fiat pax in virtute tua et
habundancia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quesivi bona tibi. Gloria patri. Añ. Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum in quo rex regum stellato sedet solio. Capitulum. Et sic in syon firmata sum et in civitate sanctificata similiter requievi et in ihrlm potestas mea. Deo gracias. ℟ Diffusa est gratia in labiis tuis. ℣ Propterea benedixit te deus

inueterum. Diffusa est gracia in labiis tuis. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Diffusa est gracia in labiis tuis.

Kyrieleyson.
Christeleyson.
Kyrieleyson. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie uirginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere senciam



per quam meruimus auctorem uite suscipere dominum nostrum ihesum xpistum filium tuum. Qui tecum.
℟. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omnium que salute.
℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus. Oratio.
Protege domine plebem tuam et apostolorum tuorum petri et pauli et aliorum apostolorum patrocinio confidentem perpetua deffensione conserua. Per xpistum dominum nostrum. ℟. Oratio.

Omnes sancti tui q̄s do
mine nos ubiq; adiu
uent ut dum eor merita reco
limus patrocinia senciamus
& pacē tuam n̄ris concede t̄pib;
& ab ecclesia tua cunctā repelle
nequiciam. iter actus & volū
tates n̄ras & oīm famulorum
tuorum ī salutis tue prosperi
tate dispone. b̄nfactorib; n̄ris
sempiterna bona retribue. et
omnib; fidelib; deffunctis re
quiē eternam concede. P.



Ad nōn.



Eus in adiuto
rium meum in
tende.
Domine ad

adiuuandum me festina

Gloria patri.

Sicut erat. Hymnus.

Memento salutis auctor
qd' nr̄i quondā corporis
ex illibata uirgine nascendo for
mam sumpseris.

Maria mater gracie mater
mīe tu nos ab hoste protege et ho
ra mortis suscipe.

Gloria tibi domine qui nat'
es de uirgine cū patre et sancto
spiritu ī sempiterna secula. amē.

Aň. In odorem. Psalmus

Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi seruorum in ma
nibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus
domine sue ita oculi nostri ad do
minum deum nostrum donec mi
sereatur nostri.
Miserere nostri domine mise
rere nostri quia multum repleti
sumus despectione.
Quia multum repleta est anima
nostra obprobrium habundantibus et
despectio superbis.


Gloria patri. Psalmus.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel nisi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos forte vivos deglutissent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbuisset nos

Torrentem ptransivit aia nra forsitan ptransisset anima nra aquā intollerabilem



Benedictus dominus qui nō
dedit nos in captione dentibꝫ eorū.
Anima nr̄a sicut passer erep
ta est de laqueo venancium.
Laqueus contritus est ⁊ nos
liberati sumus.
Adiutorium nostrum in no
mine dn̄i qui fecit celū ⁊ terram.
Gloria patri. Psalmus
Qui confidunt in dn̄o
sicut mons syon non cō
mouebitur ineternū qui habi
tat in ierusalem.
Montes in circuitu eius et

dominus in circuitu populi sui
ex hoc nunc et usque in seculum.
Quia non relinquet domi
nus virgam peccatorum super sortem
iustorum ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis et
rectis corde.
Declinantes autem in obliga
tiones adducet dominus cum ope
rantibus iniquitatem pax super israel.
Gloria patri. Ant. In odorem
unguentorum tuorum currimus ado
lescentule dilexerunt te nimis.

Et radicavi Caplm.
in populo honorificato
et in partes dei mei hereditas il
lius et in plenitudine sanctorum
detencio mea. Deo gracias
℟ Benedicta tu in mulieribus.
℣ Et benedictus fructus ventris
tui. Benedicta tu in mulieribus.
Gloria patri et filio et spiritui sancto
Benedicta tu in mulieribus
Kyrieleyson
Christeleyson
Kyrieleyson. Domine exaudi o
racionem meam. Et clamor meus

76

ad te leuat. Oremus. Oro.

Concede misericors deus fragilitati nostre presidiu[m] ut qui sancte dei geni tricis et uirginis marie memo riam agimus intercessionis ei[us] auxilio a n[ost]ris iniquitatibus re surgamus. V. R. Sancti dei omnes intercedere dignemini p[ro] n[ost]ra o[m]nium q[ue] salute. V. Letamini in domino et exultate iusti. Et gloriamini o[m]nes recti corde.

Protege domine Oro. populum tuu[m] et ap[osto]lor[um]







tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum patrocinio confiden
tem perpetua deffensione conserua.

Omnes sancti Oratio.
tui quesumus domine
nos ubique adiuuent ut dum
eorum merita recolimus patro
cinia senciamus. et pacem tuam
nostris concede temporibus et ab ec
clesia tua cunctam repelle nequi
ciam. iter actus et uoluntates
nostras et omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperi
tate dispone. benefactoribus

nostris sempiterna bona retribue.
et omnibus fidelibus defunctis re
quiem eternam concede. Per
dominum nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum viuit et
regnat in vnitate spiritus sancti
deus. Per omnia secula seculo
rum amen. Benedicamus do
mino. Deo gracias. Ad nonam.



Deus in adiuto
rium meum
intende.
Domine ad

adiuuandum me festina

Gloria patri

Sicut erat. Hymnus.

Memento salutis auc
tor qd' nri quondam
corporis ex illibata virgine na
scendo formã sumpseris

Maria mater gracie mater
misericordie tu nos ab hoste pro
tege & hora mortis suscipe


Gloria tibi dñe qui natus
es de virgine cum patre et sco
spũ in sempiterna secula. amẽ.

℟. Pulchra es. Psalmus.



In convertendo dominus captivitatem syon fac ti sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio os nostrum et lingua nostra exul tacione.
Tunc dicent inter gentes magnificavit dominus face re cum eis.
Magnificavit dominus facere nobiscum facti sumus le tantes.
Converte domine captivitate nostram sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrimis
in exultacione metent.
Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua.
Venientes autem venient
cum exultacione portantes
manipulos suos.
Gloria patri. Psalmus.



Nisi dominus edifica
verit domum in vanum
laboraverunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ci
vitatem frustra vigilat qui
custodit eam.

Vanum est vobis ante lucẽ
surgere surgite postquam sederi
tis qui manducatis panẽ doloris.
Cum dederit dilectis suis som
pnũ ecce enĩ hereditas dñi filij
merces fructus ventris.
Sicut sagitte ĩ manu potentis
ita filij excussorum.
Beatus vir qui implevit desi
derium suũ ex ipsis non confũ
detur cum loquetur inimicis su
is ĩ porta. Gloria. psalmus.
Beati omnes qui timẽt
dñm qui ambulãt in

vijs eius.
Labores manuũ tuarum
quia manducabis beatus es ⁊
bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis habun
dans in laterib3 domus tue.
Filij tui sicut novelle oliva
rũ in circuitu mense tue.
Ecce sic bñdicetur hõo q̃
timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex
syon et videas bona ihrusalem
omnib3 dieb3 vite tue.
Et videas filios filioꝝ tuoꝝ



pacem super israel.
Gloria patri. A. Pulchra es et decora filia iherusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. capitulum.
In plateis sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi mirra electa dedi suavitatem odoris.
Deo gracias. R. Post partum virgo inviolata permansisti. V. Dei genitrix intercede pro nobis. Post partum virgo inviolata permansisti. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Post partum virgo

inviolata permansisti.
Kyrieleyson.
Christeleyson.
Kyrieleyson. Domine exau
di orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus. Oro.
Famulorum tuorum qs
domine delictis ignosce
ut qui tibi de actibz nris placere
non valemus genitricis filij tui
domini nri ihu xpi intercessione
salvemur. Per. an Sancti dei
omnes intercedere dignemini pro
nra omniumqz salute. V. Letamini



in domino et exultate iusti. ℟
Et gloriamini omnes recti cor
de. Oremus. Oratio

Presta quesumus omnipotens
deus ut nullis nos per
mittas perturbacionibus concuti
quos in apostolice confessionis
petra solidasti. Per. Oratio

Omnes sancti tui quesumus do
mine nos ubique adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia senciamus
et pacem tuam nostris concede tem
poribus et ab ecclesia tua cunctam

repelle nequiciam. iter actus et voluntates nr̃as et om̃n famu lorum tuorum in salutis tue ꝓ speritate dispone. benefactoribꝫ nostris sempiterna bona retribue et omnibꝫ fidelibꝫ deffunctis re quie᷑ eternam concede. P[illegible]

A vespres.





Eus in adiuto
rium meum ī
tende.
Domine ad



adiuuandum me festina

Gloria patri

Sicut erat. aã Dum esset.

Dixit dominus domino

meo sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tu

os scabellũ pedum tuorum

Uirgam uirtutis tue emittet

dominus ex syon dominare in

medio inimicorum tuorum

Tecum principium in die

uirtutis tue in splendoribus

sanctorum ex utero ante luci

ferum genui te

Iuravit dominus et non
penitebit eum tu es sacerdos in
eternum secundum ordinem
melchisedech.
Dominus a dextris tuis
confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nacionibus
implebit ruinas conquassabit
capita in terra multorum.
De torrente in via bibit
propterea exaltabit caput.
Gloria patri. Ant. Dum esset
rex in accubitu suo nardus mea
dedit odorem suavitatis. Ant.

[pl]ena eius. Psalmus.

Laudate pueri dominum laudate nome̅ dn̄i.


Sit nomen dn̄i benedictu̅ ex hoc nunc ⁊ usq; in seculum.

A solis ortu usq; ad occasu̅ laudabile nomen domini.

Excelsus sup omnes gentes dominus et super celos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat humilia respiciat in celo ⁊ in terra.

Suscitans a terra inope̅




Et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum princi
pibus cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem
in domo matrem filiorum letantem.
Gloria patri. Añt. Leva eius
sub capite meo et dextera illius am
plexabitur me. R/. Nigra sum.
Letatus sum in hijs que
dicta sunt michi in do
mum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in
atriis tuis ihrlm.
Iherusalem que edificatur

ut civitas cuius participacio
eius in id ipsum.
Illuc enim ascenderunt
tribus tribus domini testimonium
israel ad confitendum nomini
domini.
Quia illic sederunt sedes in
iudicio sedes super domum david.
Rogate que ad pacem sunt
ierusalem et habundancia dili
gentibus te.
Fiat pax in virtute tua et
habundancia in turribus tuis.
Propter fratres meos et pro



ximos meos loquebar pacē de te.
Propter domū dñi dei nr̄i
quesiui bona tibi.
Gloria patri. Añ. Nigra sū
sed formosa filia ihr̄lm et ideo
dilexit me rex & introduxit me in
tabernaculū suū. R̄. Iā hyemps.
Nisi dominus Psalmus
edificauerit domū in
vanū laborauerunt qui edificāt
eam.
Nisi dominus custodierit ci
uitatem frustra vigilat qui cu
stodit eam.

Vanum est vobis ante lucem
surgere surgite postquam sederitis
qui manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis so
mnum ecce hereditas domini filii
merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu pote
ntis ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit
desiderium suum ex ipsis non con
fundetur cum loquetur inimicis
suis in porta.
Gloria patri. ant. Iam hyems
transiit ymber abiit et recessit



surge amica ⁊ veni. Aª. Speciosa.

Lauda ihrlm psalmus.

Lauda dominum lauda deū
tuum syon
Quoniam confortavit seras
portarum tuarū benedixit filijs
tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacē ⁊
adipe frumenti saciat te.
Qui emittit eloquiū suum
terre velociter currit sermo eius.
Qui dat nivem sicut lanam
nebulam sicut cinerem spargit
Mittit cristallum suū sicut

buccellas ante faciē frigoris eius quis sustinebit.

Emittet verbum suū et liquefaciet ea flabit spiritus eius et fluent aque.

Qui annunciat verbū suū iacob iusticias et iudicia sua israel.

Non fecit taliter omni nacioni et iudicia sua non manifestauit eis.

Gloria pr̄i. Aāi Speciosa facta es et suauis in delicijs tuis sancta dei genitrix. Capitulum

Ab inicio et ante secula cre
ata sum et usque ad futu
rum seculum non desinam et in
habitacione sancta coram ipso
ministravi. Deo gracias. Hym.

Ave maris stella dei ma
ter alma atque semper
virgo felix celi porta.

Sumens illud ave gabrie
lis ore funda nos in pace mu
tans nomen eve.

Solve vincla reis profer lu
men cecis mala nostra pelle bona
cuncta posce.

Monstra te esse matrem su
mat per te preces qui pro nobis
natus tulit esse tuus.
Virgo singularis inter omnes
mitis nos culpis solutos mites
fac et castos.
Vitam presta puram iter
para tutum ut videntes ihesum
semper collectemur.
Sit laus deo patri summo
christo decus spiritui sancto trinus
honor unus. amen. V. Diffusa
est gracia in labiis tuis. R. Pro
pterea benedixit te deus in eternum.

Aʼ. Beata mater. Psalmus.

Magnificat anima mea dominum.

Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generaciones.

Quia fecit michi magna qui potens est et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potenciam in brachio suo dispersit superbos mente

87

cordis sui.
Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis et divites dimisit inanes.
Suscepit isr[ae]l puer[u]m suu[m] re cordatus e[st] m[isericordi]e sue.
Sicut locutus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula.
Gloria p[at]ri. A[ntiphona]. Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad do minum.

Kyrieleyson.
Christeleyson.
Kyrieleyson. Domine exau
di oronem meā. Et clamor me'
ad te veniat. Oremus. Oracio.
Concede nos famulos
tuos quesumus dn̄e
deus perpetua mentis et corpo
ris sanitate gaudere et glori
osa beate marie semp virginis
intercessione a presenti libera
ri tristicia et eterna perfrui le
ticia. P. an̄. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro nr̄a

90

om̃ qz salute. ℣. Letamini ĩ dño
& exultate iusti. ℟. Et gloriamĩ
omnes recti corde. Oremus. Oro.

Protege domine populũ
tuũ & apostolorũ tuor
petri & pauli & aliorum aplõrũ
patrocinio confidentem perpetua
deffensione conserva. P. Oro.

Omnes sancti tui qs do
mine nos ubiqz adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia senciamus
& pacem tuam nostris concede
temporibz & ab ecclesia tua cuncta

repelle nequiciam. iter actus et voluntates nr̄as et om̄i famulor tuor in salutis tue prosperitate dispone. benefactoribz nr̄is sempiterna bona retribue. et om̄ibz fidelibz deffunctis requiem eternam concede. P

Cy commence complie.



Conuerte nos
deus salutaris
noster. Et auerte



iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandum
me festina.
Gloria patri
Sicut erat. Psalmus
Sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea
dicat nunc israel.
Sepe expugnauerunt me
a iuuentute mea & etenim non
potuerunt michi.
Supra dorsum meum fa

bricauerunt peccatores prolonga
uerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet
ceruices peccatorum confundantur
et conuertantur retrorsum omnes
qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum
quod priusquam euellatur exaruit.
De quo non impleuit ma
num suam qui metet et sinum
suum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteri
bant benedictio domini super vos
benediximus vobis in nomine domini.

Gloria patri. Psalmus

De profundis clamaui ad te domine domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes in vocem deprecacionis mee.

Si iniquitates obseruaueris dne dne quis sustinebit.

Quia apud te propiciacio ē et propter legem tuā sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius sperauit anima mea in domino.

A custodia

A custodia matutina usque
ad noctem speret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia et
copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex
omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri. Psalmus.
Domine non est exalta
tum cor meum neque
elati sunt oculi mei.
Neque ambulavi in magnis
neque in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam
sed exaltavi animam meam.



Sicut ablatatus est super
matre sua ita retribucio in a
nima mea.
Speret israel in domino ex
hoc nunc et usque in seculum.
Gloria patri. Capitulum.
Ego mater pulchre di
lectionis et timoris et
magnitudinis et sancte spei.
Deo gracias. ℣. Ora pro no
bis sancta dei genitrix. ℟. Ut
digni efficiamur promissionibus
xpi. ℟. Sub tuum. Ps.
Nunc dimittis seruum

tuū domine secundum verbū
tuū in pace.
Quia viderunt oculi mei sa
lutare tuum.
Quod parasti ante faciem
omnium populorum.
Lumen ad revelacionem
gencium et gloriam plebis
tue israel.
Gloria pri. añ. Sub tuum
presidium confugimus dei ge
nitrix nostras deprecaciones ne
despicias ī necessitatibꝫ sed a pe
riculis libera nos semper virgo

benedicta.

Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Beate et gloriose semper que virginis marie genitricis dei quesumus omnipotens deus ut intercessio gloriosa nos protegat et ad vitam eternam perducat. Per. Ant. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omnium que salute. V. Letamini

in domino & exultate iusti. ℟. Et
gloriamini omnes recti corde.
Oremus. Oratio.
Exaudi nos deus saluta
ris noster & apostolorum
tuorum petri & pauli & aliorum
apostolorum nos tuere presidiis
quorum donasti fideles esse doc
trinis. P. Oratio.
Omnes sancti tui que
sumus domine nos
ubique adiuvent ut dum eorum
merita recolimus patrocinia
sentiamus. et pacem tuam



nostris concede temporibus et ab ecclesia tua cunctam repelle nequiciam. iter actus et voluntates nostras et omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone. benefactoribus nostris sempiterna bona retribue et omnibus fidelibus deffunctis requiem eternam concede. P.

Cy commencent matines de nostre dame a lusaige de romme depuys le commencement de ladvent iusques a la nativite nostre seigneur

Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me festina. Gloria patri. Sicut erat. Invitatorium. Ave maria gracia plena dominus tecum. Psalmus Venite exultemus. Hii?

Quem terra pontus.
Dimanche lundi et ieudi aut.
Benedicta tu. Psalmus.
Domine dominus noster.
Aut. Sicut myrra. psalmus.
Celi enarrant. Aut.
Ante thorum. Psalmus.
Domini est terra.
Mardi et vendredi a.
Specie tua. Psalmus.
Eructauit cor meũ. Aut.
Adiuuabit eam. Psalmus.
Deus nr̃ refugiũ. Aut.
Sicut letancium. Psalmus.

Fundamenta.
Mercredi et samedi. ad.
Gaude maria. Psalmus.
Cantate domino. Ant.
Dignare me. Psalmus.
Dominus regnavit. Ant.
Angelus domini nunciavit ma
rie et concepit de spu sancto. Ps
Cantate domino. V. Diffu
sa est gratia in labiis tuis. R.
Propterea benedixit te deus in e
ternum. Pater noster. Et ne
nos. Sed libera.
Precibus et meritis beate ma



ne virginis et omnium sanctorum
Perducat nos dominus ad reg
na celorum. amen. Jube domp
ne benedicere. Nos cum prole
pia benedicat virgo maria. Amen.
Missus est Lectio prima.
angelus gabriel a deo
in civitatem galilee cui no
men nazareth ad virginem
desponsatam viro cui nomen
erat ioseph de domo david: et
nomen virginis maria. Et
ingressus angelus ad eam: di
xit. Ave gratia plena: dominus

tecum. Benedicta tu: in mu
lierib₃. Tu autem domine:
miserere nostri. Deo gracias.
℟. Missus est angelus gabriel
ad mariam virginem desponsa
tam ioseph nuncians ei verbū
et expauescat virgo de lumine
ne timeas maria inuenisti gra
ciam apud dominum Ecce cō
cipies ⁊ paries filiū ⁊ vocabitur
altissimi filius. ℣. Dabit ei
dominus sedem dauid p̄ris eius
⁊ regnabit in domo iacob in e
ternum. Ecce concipies. Iube

dompne benedicere. Sancta vir
go virginum intercedat pro nobis
ad dominum. Amen. Lco sci.

Que cum audisset tur
bata est in sermone ei9
et cogitabat qualis esset ista sa
lutatio. Et ait angelus ei. Ne
timeas maria: invenisti gratiam
apud dominum. Ecce concipies
in utero et paries filium et voca
bis nomen eius ihm. Hic erit
magnus: et filius altissimi voca
bitur. Et dabit illi dominus deus
sedem david patris eius: et reg

nabit in domo iacob in eternu͂
& regni eius non erit finis. Tu
autem dn͂e miserere nr͂i. Deo
gracias. ℟. Aue maria gracia
plena dominus tecum Spiritus
sanctus superueniet in te & uirtus
altissimi obumbrabit tibi quod
enī nascetur ex te sanctum uoca
bitur filius dei. ℣. Quomodo
fiet istud quoniam uirum non
cognosco & respondens angelus
dixit ei. Spiritus sanctus. Iube
domne benedicere. Per uirgine͂
matrem concedat nobis deus sa

lutem ⁊ pacem. Amen. lc̄o tercia.
Dixit autem maria ad
angelum. Quomodo
fiet istud quoniam virum nō
cognosco. Et respondens ange
lus dixit ei. Spiritus sanctus
superveniet in te: ⁊ virtus altissi
mi obumbrabit tibi. Ideo q̄
⁊ quod nascetur ex te sanctum
vocabitur filius dei. Et ecce eli
zabeth cognata tua: ⁊ ipsa con
cepit filium in senectute sua.
Et hic mensis est sextus illi q̄
vocatur sterilis: quia nō erit

impossibile apud deum omne
verbum. Dixit autem maria.
Ecce ancilla domini: fiat michi
secundum verbum tuum. Tu autem
domine miserere nostri. Deo
gracias. R. Suscipe verbum
virgo maria quod tibi a domino
per angelum transmissum est con
cipies et paries deum pariter et ho
minem Ut benedicta dicaris in
ter omnes mulieres. V. Paries
quidem filium et virginitatis non
paciens detrimentum efficieris
gravida et eris mater semper intac



ta. Et benedicta. Gloria patri.
Et benedicta. Psalmus.
Te deum laudamus. Versus.
Ora pro nobis. In laudibus.
Deus in adiuto
rium meum
intende.
Domine ad
adiuuandum me festina
Gloria patri.
Sicut erat. Antiphona. Missus est. Psalmus.
Dominus regnauit decorem.
Missus est angelus gabriel
ad mariam uirginem desponsatam

ioseph.

ioseph. A. Aue maria. Ps.
Iubilate deo omnis terra.
A. Aue maria gracia plena do
minus tecum benedicta tu in
mulieribus alla. A. Ne timeas.
Deus deus meus. Ant. Ne
timeas maria inuenisti gratiam
apud dominum ecce concipies et
paries filium alla. A. Dabit ei.
Benedicite omnia opera
A. Dabit ei dominus sedem da
patris eius et regnabit in domo
iacob in eternum. A. Ecce ancilla.
Laudate dominum de celis

añ. Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuũ. Capitul.

Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet: et requiescet sup eum spiritus domini. Deo gratias. R.

O gloriosa domina. V. Benedicta tu in mulierib3. R. Et benedictus fructus ventris tui. Añt. Spiritus sanctus. Psalmus.

Benedictus dñs deus isrl.

A. Spiritus sanctus in te veniet maria ne timeas habebis in utero filiũ dei alleluya. Oracio. N

Deus qui de beate marie.
℟. Ecce dn̄s veniet et omnes sc̄i eius cum eo et erit in die illa lux magna alleluya. ℣. Ecce apparebit dominus super nubē candidā.
℟. Et cū eo scōꝝ milia. Oracio.
Conscientias nr̄as quesumus domine visitando purifica ut veniens ihūs xp̄s filius tuus dominus noster cū omnibus sanctis paratā sibi in nobis inveniat mansionē. Qui tecum vivit et regnat in unitate sp̄us sancti deus. P.





Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me festina. Gloria patri. Sicut erat. Hymnus. Memento salutis auctor. Ant. Missus est. Psalmus. Deus in noie tuo. Psalmus. Benedixisti domine. Ps. Laudate dnm omnis gentes. Ant. Missus est gabriel angelus ad mariam virginem desponsa

103

tam ioseph. Capitulum.


Ecce virgo concipiet et pariet filiū ‡ vocabitur nomen eius emmanuel butirum et mel comedet ut sciat reprobare malum ‡ eligere bonū. Deo gracias. ℟ Dignare me. ℣. Da michi virtutē. Gloria pri. Kyrieleyson. Oracio.

Deus qui virginalē aulam.

Deus Aiutoire.

Deus in adiutorium meū intende.

Domine



ad adiuuandũ me festina.
Gloria patri.
Sicut erat. Hymnus.
Memento salutis auctor.
A. Aue maria. psalmus.
Ad dominũ cũ trib. ps.
Leuaui oculos. psalmus.
Letatus sum in hys. añ.
Aue maria gracia plena domi
nus tecum benedicta tu in mu
lieribus. Capitulum.
Egredietur uirga de
radice iesse & flos de
radice eius ascendet & requies





ceet sup eum sp̄us domini.
Deo gracias. ℟ Diffusa est
gracia. ℣ Propterea benedi
xit te d̄s. Gloria patri
Kyrieleyson. Oracio.
Deus qui salutis eterne.
Deus in adiutorium
meū intende.
Domine ad
adiuuandum me festina.
Gloria patri.
Sicut erat. Hymnus
Memento salutis auctor.



Añ. Ne timeas. Psalmus.
Ad te leuaui oculos. psalm⁹
Nisi quia dominus. psalm⁹
Qui confidunt in domino.
Añ. Ne timeas maria inuenisti
grām apud dñm̄ ecce conapies ⁊
paries filiū all'a. Capitulum.
Dabit ei dominus deus
sedem dauid patris eius
⁊ regnabit in domo iacob in eter
num ⁊ regni eius non erit finis.
Deo gracias. ℟. Benedicta tu ĩ
mulieribꝫ. ℣. Et benedictus fruc
tus uentris tui. Gloria patri

Kyrieleyson. Oratio.

Concede misericors. Ad nonam

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuvandum me festina.

Gloria patri.

Sicut erat. Hymnus.

Memento salutis auctor.

Ant. Ecce ancilla. Psalmus.

In convertendo. Psalmus.

Nisi dominus edificaverit.

Beati omnes qui timent.

105

℟. Ecce ancilla domini fiat mi
chi secundu͞ verbu͞ tuu͞. Capitulu͞.
Ecce virgo concipiet et
pariet filiu͞ ⁊ vocabit͞
nomen eius emmanuel buty͞
rum ⁊ mel comedet ut sciat re
probare malu͞ ⁊ eligere bonu͞.
Deo gr͞as. ℟. Post ptum. ℣.
Dei genitrix. Gloria patri.
Kyrieleyson. Oracio.
Famulorum. Ad vespres.
Deus in adiutoriu͞
meum intende.
Domine ad ad

uiuandum me festina.
Gloria patri.
Sicut erat. an. Missus est.
Dixit dominus. an. Ave maria.
Laudate pueri. an. Ne timeas.
Letatus sum. an. Dabit ei.
Nisi dominus ed. an. Ecce ancilla.
Lauda ihrlm. Capitulum.
Egredietur uirga hymnus.
Ave maris stella. V. Diffu
sa est gratia. R. Spiritus sanctus. ps.
Magnificat. an. Spiritus sanctus
in te descendet maria ne timeas
habebis in utero filium dei. Oratio.

Deus qui de beate. A. Ecce
dns veniet. V. Ecce apparebit. Oro
Consciencias. A complie.
Converte nos
deus salutaris
noster.
Et averte
iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuvandum
Gloria patri.
Sicut erat. Psalmus.
Sepe expugnaverunt. ps.


De profundis. psalmus.
Domine non est exalt. capitulum
Ecce uirgo concipiet. V.
Angelus domini nunciauit marie.
R. Et concepit de spiritu sancto.
a. Spiritus sanctus in te. Ps.
Nunc dimittis. Oratio.
Consciencias. Depuys
la natiuite nostreseigneur iusques a la
purificacion nostredame on dit
a matines et a toutes heures oraison.
Deus qui salutis eterne
auec les oraisons des apostres.
Aux laudes aux tierces et a vespres a.

O admirabile cōmercium crea
tor generis humani animatū
corpus sumens de virgine nasci
dignatus est et procedens homo
sine semine largitus est nobis
suā deitatem. A. Qū natus es
ineffabiliter de virgine maria tūc
implete sūt scripture et sicut plu
uia ī vellus descendisti ut saluū
faceres genus humanū te lauda
mus deus nr̄. A. Rubū quē vide
rat moyses incombustū conserua
tā agnouimus tuā laudabilem
virginitatē dei genitrix intercede

pro nobis. Aña. Germinauit ra
dix iesse orta est stella ex iacob
uirgo peperit saluatorē te lauda
mus deus nr̄. Aña. Ecce maria ge
nuit nobis saluatorē quē iohēs
vidēs exclamauit dicēs ecce agnus
dei qui tollit pcc̄a mundi. Ad ben.
Aña. Mirabile misteriū declara
tur deus homo factus ē id quod
fuit permansit & quod non erat
assumpsit nō commixtionē passus
neq3 diuisionē. Ad Mag. et
ad Nūc d. Aña. Magnū heredi
tatis misteriū templū dei factus

est uterus nesciens virum non est
pollutus ex ea carne assumens
omnes gentes veniunt dicentes
gloria tibi domine. De pasques
iusques a lascencion on dit a hy.
a Mag. & a. Nunc dimittis
A. Regina celi letare alla quia
quem meruisti portare alleluya
Resurrexit sicut dixit alleluya.
Ora pro nobis deum alleluya.







A/ Ne reminiscaris.
Domine ne i[n] fu
rore tuo arguas
me neq[ue] in ira



tua corripias me.
Miserere mei domine quoniam
infirmus sum sana me domine
quoniam conturbata sunt omnia
ossa mea.
Et anima mea turbata est valde
sed tu domine usquequo.
Convertere domine et eripe
animam meam salvum me fac
propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte
qui memor sit tui in inferno
autem quis confitebitur tibi.
Laboravi in gemitu meo

lauabo per singulas noctes lec
tum meū lacrimis meis stra
tum meum rigabo.
Turbatus est a furore ocu
lus meus inveteraui inter
omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatē quoniā
exaudiuit dominus vocem
fletus mei
Exaudiuit dominus depre
cationē meā dominus orōnē
meam suscepit
Erubescant & conturbentur

vehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant val
de velociter.

Gloria patri. Psalmus.

Beati quorum remisse
sunt iniquitates et quo
rum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non impu
tauit dominus peccatum nec
est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueteraue
runt ossa mea dum clamarem
tota die.

Quoniam die ac nocte grauata

est sup me manus tua conuer
sus sum in erumpna mea du̅
configitur spina.
Delictum meum cognitum
tibi feci et iniusticiam mea̅ no̅
abscondi.
Dixi confitebor aduersu̅ me
iniusticiam mea̅ domino et tu
remisisti impietatem pc̅ci mei.
Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore oportuno.
Verumptamen in diluuio
aquaru̅ multarum ad eum
non approximabunt.

Tu es refugiu͞ meu͞ a tribu
latione que circumdedit me
exultatio mea erue me a circu͞
dantibus me.
Intellectum tibi dabo et in
struam te in via hac qua gra
dieris firmabo sup te oculos
meos. Nolite fieri sicut equ᷒
et mulus quibz no͞ e͞ itellectus.
In chamo et freno maxillas
eorum constringe qui no͞ ap
proximant ad te.
Multa flagella peccatoris
sperantem autem in domino

misericordia circumdabit.
Letamini in domino et ex
ultate iusti et gloriamini omnes
recti corde.
Gloria patri. Psalmus.
Domine ne in furore
tuo arguas me neque
in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe
sunt michi et confirmasti super
me manum tuam.
Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue non est pax
ossibus meis a facie peccatorum



meorum
Quoniā iniquitates mee su
pergresse sunt caput meū & sicut
honus graue grauate sūt sr me.
Putruerunt et corrupte sunt
cicatrices mee a facie insipientie
mee. Miser factus sum & curua
tus sum usq; in finē tota die cō
tristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei īpleti
sunt illusionibz et non est sani
tas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus
sum nimis rugiebā a gemitu

cordis mei

Domine ante te omne deside
riu[m] meu[m] et gemitus meus a te
non est absconditus

Cor meu[m] conturbatum est in
me dereliquit me uirtus mea et
lumen oculor[um] meorum et ipsu[m]
non est mecum

Amici mei et proximi mei
aduersum me appropinquaue
runt et steterunt

Et qui iuxta me erant de lo[n]
ge steterunt et vim faciebant
qui querebant a[n]i[m]am meam

Et qui inquirebant mala
michi locuti sunt vanitates et do
los tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus
non audiebam et sicut mutus
non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo
non audiens et non habens in
ore suo redarguciones.
Quoniam in te domine speravi tu exau
dies me domine deus meus.
Quia dixi nequando super
gaudeant michi inimici mei
et dum commouentur pedes mei

super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella
paratus sum et dolor meus in
conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam
annunciabo et cogitabo pro
peccato meo.
Inimici autem mei vivunt
et confirmati sunt super me et
multiplicati sunt qui oderunt
me inique.
Qui retribuunt mala pro bo
nis detrahebant michi quoniam se
quebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine
deus meus ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum
domine deus salutis mee.
Gloria patri. Psalmus
Miserere mei deus secundum
magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem
miseracionum tuarum dele in
iquitatem meam.
Amplius lava me domine
ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego

cognosco ⁊ peccatum meū con
tra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum
coram te feci ut iustificeris ī ser
monib; tuis et vincas cum
iudicaris.
Ecce enī in iniquitatib; con
ceptus sum et in peccatis conce
pit me mater mea.
Ecce enī veritatem dilexisti ī
certa et occulta sapiencie tue
manifestasti michi.
Asperges me domine ẏsopo ⁊
mundabor lauabis me ⁊ super

niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiu͞ et leticiam et exultabunt ossa humiliata.

Auerte facie͞ tuam a peccatis meis et omnes iniquitates me as dele.

Cor mundu͞ crea ĩ me deus ⁊ sp͞m rectu͞ ĩnoua ĩ uisceribus meis. Ne proicias me a facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde michi leticia͞ salutaris tui ⁊ sp͞u principali co͞firma me.

Docebo iniquos vias tuas ꝛ
impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus
deus deus salutis mee ꝛ exulta
bit lingua mea iusticiā tuam.
Domine labia mea aperies
ꝛ os meū annūciabit laudē tuā.
Quoniam si voluisses sacri
ficium dedissem utiqꝫ holocau
stis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus con
tribulatus cor contritum et
humiliatū deus nō despicies.
Benigne fac domine ī bona



voluntate tua syon ut edificen
tur muri ihrlm.
Tunc acceptabis sacrificium
iusticie oblaciones et holocausta
tunc imponent super altare tuũ
vitulos. Gloria. Psalmus.
Domine exaudi oracõnẽ
meam et clamor meus
ad te veniat.
Non avertas faciem tuam
a me in quacumqꝫ die tribulor
inclina ad me aurem tuam.
In quacumqꝫ die invocavero
te velociter exaudi me.

Quia.

Quia defecerunt sicut fumus
dies mei et ossa mea sicut cre
mium aruerunt
Percussus sum ut fenum et
aruit cor meū quia oblitus sū
comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhesit
os meum carni mee
Similis factus sū pellicano
solitudinis ⁊ factus sum sicut
nicticorax in domicilio.
Vigilavi ⁊ factus sū sicut
passer solitarius in tecto
Tota die exprobrabant mi

inimici mei et qui laudabant me
aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquam panem
manducabam et potum meum
cum fletu miscebam.
A facie ire indignacionis tue
quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra declina
uerunt et ego sicut fenum arui.
Tu autem domine in eternum
permanes et memoriale tuum
in generacione et generacionem.
Tu exurgens domine misere
beris syon quia tempus misere

di eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificavit dominus syon et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium et non sprevit precem eorum.
Scribantur hec in generatione altera et populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso scõ
suo dñs de celo in terrã aspexit.
Ut audiret gemitus cõpedito
rũ ut solveret filios ĩteremptorũ.
Ut annũcient in syon nomẽ
dñi ⁊ laudem eius in ihrlm.
In conveniendo populos in
unũ ⁊ reges ut serviant domino.
Respondit ei in via virtutis
sue paucitatẽ dierũ meoꝝ nuncia
mi. Ne revoces me ĩ dimidio
dierum meoꝝ in generacione ⁊
generacionem anni tui.
Inicio tu domine terrã fun

dasti ⁊ opa manuũ tuaꝝ sũt celi.
Ipsi peribunt tu autem pmanes et omnes sicut vestimentũ veterascent.
Et sicut opertoriũ mutabis eos et mutabuntur tu autẽ idem ipse es ⁊ anni tui non deficient.
Filii servorũ tuorũ habitabunt ⁊ semen eoꝝ in seculũ dirigetur.
Gloria patri. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domine. domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendẽtes



in vocem deprecationis mee
Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit
Quia apud te propiciacio est et propter legem tuam sustinui te domine
Sustinuit anima mea in verbo eius speravit anima mea in domino
A custodia matutina usque ad noctem speret israel in domino
Quia apud dominum misericordia et copiosa apud eum redempcio
Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri. Psalmus



Domine exaudi oronē
meā auribus percipe
obsecratione ī veritate tua ex
audi me ī tua iusticia
Et non intres in iudicium
cum servo tuo quia non iustifi
cabitur in conspectu tuo omnis
vivens.



Quia persecutus est inimicus
animā meam humiliavit in
terra vitam meam
Collocavit me in obscuris si
cut mortuos seculi & anxiatus
est super me spūs meus in me



turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquo
rum meditatus sum in omnibus ope
ribus tuis et in factis manuum
tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad
te anima mea sicut terra sine
aqua tibi.
Velociter exaudi me domine
defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tuam a
me et similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane mise
ricordiam tuam quia in te speravi.

Notam fac michi viā ī qua
ambulem quia ad te levavi a
nimam meam
Eripe me de inimicis meis do
mine ad te confugi doce me facere
voluntatem tuam quia deus meus
es tu. Spiritus tuus bonus de
ducet me in terram rectā propter
nomen tuū domine vivificabis
me in equitate tua.
Educes de tribulacione ani
mam meā et in misericordia
tua disperdes oēs inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribu

lauit aīam meā qm̄ ego seruus
tuus sum
Gloria pr̄i. An̄. Ne reminis-
caris domine delicta nr̄a vel paren-
tū nr̄orum neq̨ vindictā sumas
de peccatis nr̄is. Parce domine par-
ce populo tuo quē redemisti precioso
sanguine tuo ne ineternum ira-
scaris nobis. Letania
Kyrieleyson.
Xpisteleyson
Kyrieleyson
Xpiste audi nos
Pater de celis deus miserere

nobis.
Fili redemptor mundi deus
miserere nobis.
Spiritus sancte deus miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus
miserere nobis.
Sancta maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. or.
Sancta virgo virginum. or.
Sancte michael or.
Sancte gabriel or.
Sancte raphael or.
Omnes sancti angeli et archan-
geli dei orate pro nobis.

Omnes sancti beatorum spiri
tuum ordines. orate pro nobis.
Sancte iohannes bapt[ist]a. or[a].
Omnes sancti patriarche et p[ro]
phete. orate pro nobis.
Sancte petre. or[a].
Sancte paule or[a].
Sancte andrea or[a].
Sancte iohannes or[a].
Sancte iacobe. or[a].
Sancte philippe or[a].
Sancte bartholomee or[a].
Sancte mathee. or[a].
Sancte mathia or[a].

Sancte thoma or.
Sancte iacobe or.
Sancte symon or.
Sancte iuda or.
Sancte thadee or.
Sancte barnaba or.
Sancte luca or.
Sancte marce or.
Omnes sancti apostoli et eu
uangeliste dei orate.
Omnes scī discipuli dñi orate.
Omnes scī innocentes orate.
Sancte stephane or.
Sancte line or.

Sancte clete. ora.
Sancte clemens. ora.
Sancte alexander. ora.
Sancte marcelle. ora.
Sancte sixte. ora.
Sancte laurenti. ora.
Sancte vincenti. ora.
Sancte dyonisi cum sociis tuis. ora.
Sancte mauricii cum sociis tuis. ora.
Sancte leodegari. ora.
Sancte fabiane. ora.
Sancte sebastiane. ora.
Sancte saturnine. ora.
Sancte potenciane. ora.

Sancte geruasi or.
Sancte prothasi or.
Sancte corneli or.
Sancte cipriane or.
Sancte emane or.
Sancte xpofore or.
Sancte georgi or.
Omnes scti mres or.
Sancte siluester or.
Sancte hylari or.
Sancte guillerme or.
Sancte launomare or.
Sancte iuliane. or.
Sancte martine or.

Sancte germane. or.
Sancte ambrosi. or.
Sancte ieronime. or.
Sancte gregori. or.
Sancte leo. or.
Sancte yvo. or.
Sancte nicholae. or.
Sancte amande. or.
Sancte augustine. or.
Sancte benedicte. or.
Sancte egidi. or.
Sancte leonarde. or.
Omnis sci confessores. orate.
Scã maria magdalena. or.

125

Sancta anna. or̄.
Scā maria egyptiaca. or̄.
Sancta felicitas. or̄.
Sancta katherina. or̄.
Sancta perpetua. or̄.
Sancta margareta. or̄.
Sancta agnes. or̄.
Sancta agatha. or̄.
Sancta barbara. or̄.
Sancta apollonia. or̄.
Sancta anastasia. or̄.
Sancta lucia. or̄.
Sancta fides. or̄.
Sancta spes. or̄.

Sancta caritas. Or̄.
Omnes scē virgines Or̄te.
Omnes sancti et sancte dei. Or̄te.
Propicius esto parce nobis dn̄e.
Ab omni malo libera nos dn̄e.
Ab insidiis diaboli. Lr̄.
A dampnacōe perpetua. Lr̄.
Ab infestacōibus demonum. Lr̄.
Ab imminentibus peccatorum
nrorum penalis. Lr̄.
A spiritu fornicacōis. Lr̄.
Ab appetitu inanis glorie. Lr̄.
Ab ira et odio et omni mala
voluntate. Lr̄.

Ab omni immundicia mentis et corporis. ℟.
Ab immundis cogitacionibus. ℟.
A cecitate cordis. ℟.
A fulgure et tempestate. ℟.
A subitanea et improvisa morte.
A penis inferni. ℟.
Per misterium sancte incarnacionis tue. ℟.
Per adventum tuum. ℟.
Per nativitatem tuam. ℟.
Per circumcisionem tuam. ℟.
Per apparicionem tuam. ℟.
Per ieiunium tuum. ℟.

Per passionē et crucē tuā. ℟.
Per pijssimā mortē tuā. ℟.
Per gloriosam resurrectionē tuam. ℟.
Per admirabilem ascensionem tuam. ℟.
Per adventum sp̄us sancti paracliti. ℟.
In hora mortis succurre nobis domine.
In die iudicij. ℟.
Peccatores te rogam⁹ audi nos. Ut pacē nobis dones. ℟.
Ut misericordia et pietas tua

nos custodiat. Te R

Ut ecclesiam tuam regere et
deffensare digneris. Te R

Ut domnū apostolicum et omnes
gradus ecclesie in sancta religio
ne conservare digneris. Te R

Ut regib; et principib; pacem
et veram concordiam dones. Te R


Ut omnib; benefactorib; nr̄is
sempiterna bona retribuas. Te R

Ut fructus terre dare et conser
vare digneris. Te R

Ut oculos mīe tue super nos re
ducere digneris. Te R

Ut omnib; fidelib; deffunctis re
quiem eternam dones. Te
Ut nos exaudire digneris. Te
Fili dei .iii. Te
Agnus dei qui tollis peccata
mundi parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi miserere nobis.
Kyrieleyson. Xpisteleyson.
Kyrieleyson. Pater noster.
Et ne nos inducas i temptacõez.
Sed libera nos a malo. psalmus.

Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuuandum me festina.
Confundantur et reuereantur qui querunt animam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant qui volunt michi mala.
Auertantur retrorsum erubescentes qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omnes qui querunt te et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus et pauper



sum deus adiuua me.
Adiutor meus et liberator meus esto domine ne moreris.
Gloria patri. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiat inimicus in nobis. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
Oremus pro fidelibus deffunctis.

Requiem eternam dona eis dñe et lux perpetua luceat eis. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oro.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nostram. ut quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat. P. Oratio


Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularum que tuarum remissionem



cunctorum tribue peccatorum.
ut indulgenciam quam semper
optauerunt pijs supplicacionibus
consequantur. Qui viuis et
regnas deus. Per omnia secu
la seculorum. amen.

Cy commencent matines de
la croix





Domine labia
mea aperies.
Et os meum
annunciabit



laudem tuam.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuvandum
me festina.
Gloria patri et filio et spiritui
sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula seculorum
amen. Alleluya. Hymnus.
Patris sapiencia veritas
divina. Deus homo cap
tus est hora matutina. A suis di
scipulis cito derelictus. Et videns



venditus traditus et afflictus.
A. Adoramus te xpe et benedici
mus tibi quia sanctam crucem
tuam redemisti mundum. V.
Qui passus es pro nobis. R.
Dne miserere nobis. Oremus.



Domine ihesu Oracio.
xpiste fili dei vivi pone
passionem crucem et mortem
tuam inter iudicium tuum et
animã meam nunc et in hora
mortis mee et semper largiri di
gneris vivis misericordiam et
graciam defunctis veniam et

requiem. ecclesie tue sancte pacem et concordiam. et nobis peccatoribus vitam et gloriam et leticiam sempiternam. Qui vivis et regnas deus. Per. Ad primam

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum. Gloria patri. Hymnus.

Hora prima ductus est ihesus ad pylatum. falsis testimoniis multum accusatum. In collo percutiunt manibus ligatum. Vultum dei conspuunt



lumen celi gratum. R/. Adora
mus te xpe. Oracio.
Domine ihu xpe. A tercie.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandum.
Gloria patri. Hymnus.
Crucifige clamitant hora
tertiarum. Illusus indui
tur veste purpurea. Caput ei
pungitur corona spinarum.
Crucem portat humeris ad lo
cum penarum. R/. Adoramus.
Domine ihu xpe. A mi'di.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuvandum.
Gloria patri. Hymnus.

Hora sexta ihūs est cruce condamnatus. Atqꝫ cum latronibꝫ pendens deputatus. Pre tormentis siciens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificatus. Aña. Adoramus te. Domine ihū xpē. Ad nonam.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuvandum.

Gloria.

Gloria patri. Hymnus.
Hora nona dominus
Jhesus expirauit. Hely
clamans animam patri commendauit.
latus eius lancea miles perfo
rauit. Terra tunc contremuit
et sol obscurauit. R. Adoramus.
Domine ihesu christe. Ad vespres.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandum.
Gloria patri. Hymnus
De cruce deponitur sp
ra vespertina. Fortitu

